



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Friß Vogel/ oder stirb! Das ist: Ein, wegen dem wichtigen
Glaubens-Articul deß Christenthums/ von der wahren
Kirchen/ mit allen uncatholischen Praedicanten/ scharff
vorgenom[m]enes Examen und Tortur**

Weislinger, Johann Nicolaus

Augsburg ; Grätz, 1728

Approbatio Theologorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39419

APPROBATIO

Theologorum.

Presens Libellus intitulatus *Tris Bogell oder stirb!* non tantum Fidei Catholicae, bonisve moribus aliquid adversum non continet, sed potius tum ad confortandos in Fide Catholicos, tum reducendos ad Ecclesiam Aberrantes idoneus judicatur. Proinde ex parte Reverendissimi Consistorii Spirensis in lucem edi permittitur. Spiræ 16. Novemb. 1719.

Ex Mandato

(L.S.)

JOANNES DURBACH
Curia Episcopalis Spirensis
Secretarius.

m. pp.

Zoilus



Zoilus Authori.

Quid nobis adfers, dudum notissima Vulgo ?
Tolle Librum ! doctus vade sat orbis ha-
bet !

Quis te constituit ? Laicis est nulla potestas !
Hic Labor ad Clerum pertinet ; ito Domum !

Responsio :

Nil, nisi verba , tuus discursus Zoile mordax
Continet , ut sapiens quisque videre potest.

Invide ! si modo nil potuisti aliud blaterare,
Manisses melius tu, mihi crede, Domi !

Inspice, quæso , pii doctissima BELLARMINI
Scripta, Tomo primo (†) sic ubi Doctor ait :

*S. Augustini sententia est & nota multis, &
digna, quæ ab omnibus cognoscatur ; Optandum
esse, ubi Hæreses vigent , ut quicumque ali-
quâ scribendi Facultate præditi sunt , ii scri-
bant OMNES, etsi non modo de rebus
iisdem scripturi sint , sed eadem etiam aliis
verbis fortasse scripturi ; Expedi enim , ut
Heretici intelligant, in castris Catholicorum, non unum
aut alterum esse, sed multos, qui cum eis adversâ fron-
te congredi audeant. Deinde Rari sunt apud Adver-
sarios, qui non aliquid scribant, quorum Libri non jam ,
ut canes, serpunt, sed velut agmina locustarum volitant.
Ita BELLARMINUS, vir de Ecclesia Jesu Christi
meritissimus.*

Quo-

(†) In Præfat. ad Lectorem.

Quomodo, Mome, tibi sapit hæc sententia? nonne

Hæc tua garrulitas præcipitata jacet?

Huc ades! ostendam rationis lumine quod sis

Captus; nam bellum cum ratione geris.

Omnia si tolli debent, quæ cognita vulgo,

Ergo & tollendum est Relligionis opus.

Ergo etiam tolli debes mi Zoile, nam tu

Et passim toto notus in orbe satis.

Cernis stulte, tuo dicto non pondus inesse?

Nam probat id nimium, sic probat ergo nihil.

Non Ego Delphinas sat Doctos nare docebo;

Hiscæ nec inceptis Icarus alter ero.

Invidiose meo, rogo, Zoile, parce labori,

Sit licet exiguus, sit licet arte carens;

Ne carpas, meliora prius quam feceris ipse,

Deinde tibi veniam carpere Mome dabo. (a)

Desine mordaces naso crispante cachinnos

Ingeminare, tuas prodis inepte nugas,

Desine mordaces contra proferre loquelas,

Namque proterve tuam rideo stultitiam.

Garrule de Laicis quod ais, *distinguo Secundum*

Quid (b) concedo tibi; *Simpliciterque (c) nego.*

Sum Laicus, fateor,		Lutheri		Zoile, quid sum
		Calvini		
		Münzeri		
		Socini		

Præcones? Laici, prætereaque Nihil.

Et tamen impugnant hi nos noctuque diuque (d)

An, quod eis licet, id tu mihi jure neges?

Primus ego non sum Laicus, nec ero ultimus
horum

Qui ~~repulsi~~ dogmata falsa manu.

(Quer)

Querhamer (ut plures taceam) notissimus Ille
Quondam Lutheri Malleus Hæreseos:
Quis fuit an Doctor sacra munere verba pro-
fessus?

Non, sed erat simplex Catholicus Laicus. (e)
Nihilominus scriptâ vertumnum voce Lutherum,
Sic confutavit, par ut in orbe nihil,
Sex & triginta Palmas, mirabile dictu!

Ex uno Puncto victor ab hoste tulit. (f)
Lutherus Doctor Doctorum qui esse volebat, (g)
Tyro sit indocti dexteritate Viri.
Præconum confusa cohors silet hæctenus altum,
Et nullum contra-dicere jora potest.

Zyvinglius ipse palam, se disceptando Tiguri
Cum Scriba laico (h) succubuisse refert. (i)

Nocturnò iandem doctus Monitore, Sophista
Opprimit invictum vique dolòque virum.
Plures, ut dixi, Laici sacra bella gerebant,
Visi Victricis signa referre manu.

Nos sine fine sequi cupiunt; Ecclesia, clamant, (k)
Vestram possit opem, vos decet ergo sequi.
Sedulus ergo sequar semper vestigia eorum,
Nec tua, Mome, moror, murmura cœca, vale.

At Candoris amans, Fidei, Morum, Pietatis,
Pieridumque novem Lector amice vale.

P. S. ad Zoilum, ejusque Gregales.

Mome, nota bene, sin alias meliora feres, tunc
Quamprimùm clausò gutture vade Domum.

Si tacet is meritò, qui nil, nisi carpere, novit,

Ergo cum Sciolis Mome tacero tuis.

Supprimere incassum nostrum conâre laborem,

Hunc etenim invitò Dæmone mando typis.

(a) Die

(a) **D**ie nicht viel sonders geehrte, unachtbare, wohl Ehr- bedürfftige Schnarcher, und aller Orths längst ausgediente Herren Monnus, Brüder solten stäts den bekannten Vers vor Augen haben: „Verstehest du die Sache, „so unterrichte deinen Nächsten / wo nicht, so „halt dein Maul zu.“ Syrach V. 14. oder wenigstens bedencken das bekannte Lateinische Sprichwort:

Carpere cuiusvis, non est imitari omnis.

so wurden sie, zumahlen da sie keine, auch die geringste Ursach nicht haben, öftters zu ihrer eigenen Ehr Errettung sich des Tadlens enthalten, allein Surdis narratur Fabula.

Jeder Narr alles tadlend kan verlachen,
Unmöglich aber etwas bessers machen;
Drum läßt man solche neidige Gesellen
gaucken und bellen.

„Wann ein Narr schwiege und das Maul „hielte, wurde er auch für weis und verständig gehalten, sagt Salomon Prov. XVII. 28.

(b) Administratio Sacramentorum, Publica Evangelii Prædicatio, & Sacrum celebrandi Potestas, nulli, nisi ritè vocato & ordinato in Ecclesia Catholica, juxta S. Litteras permittitur. Luc. XXII. 19. Joh. X. 1. Hebr. V. 4. Jerem. XXIII. 21. &c.

(c) Verum periclitanti subvenire proximo, Hæreticorum retundere insultus, tueri veritatem, tam Ecclesiastici, quam Laici, pro viribus qui-

quique suis, jure tenentur, Eccli. XVII. 12.
Prov. XXIV. 11. Matth. XIX. 19. Jac. IV. 17.
Judæ, v. 3. 21. 22. 23.

(d) **BELLARMINUS** Ss. Theologiæ Polemicæ
Principem invictissimum Mome intellexisti, au-
di jam **D. COCHLÆUM**, virum ob defensam Ec-
clesiæ veritatem immortalis gloriæ dignissimum.
*Videmus, ait, quam strenuè Adversarii pro suis Hæresi-
bus in dies latius dilatandis invigilant & laborant, nul-
lisque sumptibus & fatigationibus parcunt. Hæc il-
le Respons. ad XVIII. Art. Marr. Bucerii pag. 56.
b. audi & SURIUM, singulare illud Carthusiano-
rum Decus: Utinam exclamat vir ardenti pro-
pugnandæ veritatis zelû plenus, Utinam verò
tam plerique Catholici serverent in tuenda Fide Catho-
lica, quam isti Buccinatores Evangelici in sua propagan-
da impietate. In brevi Comment. pag. 518. Pl.
Reverendus P. PETRUS CANISIUS, sydus illud Soc.
Jesu Splendidissimum, eandem cum Surio inge-
minat querelam: Utinam, inquit, filii lucis tan-
tum in promovenda Christi causa præstarent, quan-
tum in oppugnanda & remoranda illa, plerique, tum
sæculi, tum tenebrarum filii, præstare non desinunt . . .
quam pauci pro Christo stant, & cum eo colligunt; ha-
tenuis CANISIUS, summus ille Hæreticorum
Terror, in Epist. ad Eminentiss. Card. STANIS-
LAUM HOSIUM, An. 1561. Tridentum mis-
sa, quæ integra extra in den unschuldigen Nachrichten
ten ad An. 1722. pag. 703.*

SURIO & CANISIO adstipulatur Doctissimus
Author Constitutionis Unigenitus Theologiæ propu-
gnata

gnate in Præf. Tom. I. dicti operis Dilingæ An.
1720. recusi, his verbis: *Solent nova Hæreseos Ar-
chitecti in stabilienda secta ardentiores esse, quam pro
Ecclesia defensione Catholici. Quod nemo, nisi rerum
ignarus, negaverit. Interim tamen diffiteri non
possum: MEGÆNATUM PENURIA, DEESSE
MARONES.*

(e) De præfato Laico *CASPARO QUERHAMER*
Doctiss. Lutheri Antagonistam *JOHANNEM*
COCHLÆUM consule, qui in Epistola dedi-
catoria, quam præfixit Tabulæ Contradictio-
num Lutheri, de eo sequens perhibet Testimo-
nium:

*Nuper suscitavit Dominum adversus eum (Luthe-
rum) Spiritum Laici cujusdem vallis in Saxonia, qui
Taurum istum cornupetam ita prostravit, ac proprio
ipsius gladiò jugulavit, ut neque Goliath ille Philisthaus
magis prostratus à David, nec duorum senum libido
& calumnia adversus Susannam certius aut apertius à
Daniele convicta videri queat. Unde miserrime con-
fusus ille nunc omnibus cordatis ac eruditis hominibus
Iudibrio est & despectus. Qui antea volebat videri
Leo insuperabilis, omnibusque terribilis; sic enim scri-
bebat sub titulo: De abroganda Missa: Leo ru-
giet, quis non timebit? * Quomodo verò timeant
eum docti Theologi, cui sic vellicat barbam, frontemque
ferit ac confundit simplex Laicus? Ita D. Coch-
læus.*

* Rugirum stygii hujusque Leonis propriis
expressit coloribus incomparabilis D. *ULENBERG*
GIUS in vita Lutheri Cap. VIII, Num. I. & II.
pag.


pag. 133. & Cap. XXV. Num. III. pag. 464. & seqq.

(f) *Sex & triginta palmas &c.* Nimirum tot Antilogias Lutheri in unico Articulo: *de Sumptione Eucharistia sub una vel utraque specie*, quasi in Fasciculum collectas, *Querhamerus Laicus* ac civis Hallæ Saxonum, toti Germaniæ oblaturus, typis excudi curavit, sub Titulo:

Ein Brieff allen / so durch Lutherum nicht wollen verführet werden, nutzlich, und dero halben in ihren Häusern anzuschlagen, oft zu lesen, und ganz wohl zu bedencken, fast nothwendig; zugericht durch Caspar Querhamer ein Leye und Burger zu Hall. Anno 1535.

Contradictiones istas Laudatus D. COCHLAUS postea ex idiomate teutonico in Latinum transtulit, & suo *Luthero septicipiti* (in Editione Parisiensi pag. m. 124. b.) adjecit, ut & exteræ Nationes videant scædam Monachi hujus excuculati confusionem. *Lutheranos* verò, inquit, D. ULENBERGIUS Lib. cit. Cap. XXVI. N. V. pag. 496. *cum primis malè habuit, quod homo non magni Nominis è Laicorum ordine Lutheri sceditatem & inconstantiam concinnè satis detectam simpliciorum oculis exponeret: quem eam ob causam oderunt infeste, atque hanc Prophetæ suo factam injuriam postmodum in bello, quod Albertus Marchio Brandenburgicus in Germania concitavit, acerbè & crudelitè in eo vindicasse feruntur.* Supplicium infame, barbarum imo diabolicum, quò Caco-Evangelici virum innocentem excruciabant, paucis recenset, præter F. JOAN-

NAS



NAS Cent. V. pag. 436. a. aliosque Pl. Rev. P.
SILRIUS Lib. cit. pag. 349. in hæc verba. Verùm
ille Laicus postea in bello Smalkaldico malè mulctatus est
ab Evangelicis. Fertur enim ad virilia ligatò fune de-
missus in puteum illicque diù tortus, cum in Catholica Fi-
de constantissimus permaneret, rursùs extractus fuisse.
Eant sanè Lutheri Symmysta, & quantum velint sui Lu-
theri Evangelium laudibus vehant: veniet, veniet ille dies,
quando eos vehementer pœnitebit, sed serò, tam incon-
stantem Doctrinam non totò pectore esse execratos: nec
habebunt, quod in sui excusationem adserant, quando ea
inconstantia vel sola abundantissimè docere potuit, Lu-
theri Evangelium, non alium, quàm ipsum Mendacii Pa-
rentem, Satanam habuisse Authorem, hæctenus ille.

(g) Lutherus, Doctor Doctorum, qui esse volebat, &c.
ait enim Thralo Scurrilis: Præceptores atque iudices
Papistarum esse volumus, & superbè deinceps Asinis istis
insultabimus - - Ego contra rude pecus hoc, Adver-
sarios meos Papistas, gloriabor. Doctores sunt? Et Ego
&c. imò gloriabor amplius: Ego Psalmos interpretari
possùm & Prophetas: Illi non possunt. Ego transferre
possùm Sacras Litteras: Illi non possunt. Ego Scriptu-
ras legere possùm: Ipsi non possunt &c. Ich bin ge-
lehrter in der Schrifft, sagt Luther weiters
als alle Papisten. Papist und Esel ist ein
Ding. Tom. 2. Jen. germ. fol. 454. a. N.
fol. 458. b. Tom. 2. Witt germ. fol. 63. a.
Tom. 2. Alt. fol. 792. b. im Brieff an die Für-
sten von Sachsen von dem aufrührischen Geiste
Tom. 5. Jen. fol. 162. b. N. fol. 141. a. Tom. 4.
Witt. germ. fol. 475. b. Tom. 5. Alt. fol. 269. b.
in dem Bericht und Antwort auf zwo Fragen
von



vom Dollmetschen zc. Auf dieses lästerlichen Reders eitle Prableren antworthe ich aus Paulo kühlich und sage: Da sie sich für klug ausgeben, seynd sie zu Narren worden, Rom. I. 22. Dann der Narren Lehr ist Thorheit Prov. XVI. 22. Und der Ketzer reden Prableren. 2. Petr. II. 18. 1. Tim. I. 7. Cap. VI. 4. 2. Tim. III. 7.

(h) *Surius* Lib. sup. cit. pag. 176. *Laicum Zvinglianæ hæresi masculè resistantem hoc ornat Elogiò: Resistit illis aliquandiu Vir quidam egregiè Catholicus.*

(i) *Zvinglius* Tom. 2. de subsid. Eucharist. fol. 249. a. b. *Ludovicus Lavatherus* Zwingli Tochtermann erzehlet in *Hist. Sacram.* pag. 3. die ganze Disputation zwischen dem Cathol. Schreiber und Zwinglio ebenfalls gar ausführlich / und setzt darzu: „Daß Zvinglius von demselben Schreiber (den 11. Apr. 1525.) also eingetrieben seye worden / daß er wider die helle Wahrheit nichts hat fürbringen können. „ Als aber am 13. ejusdem der kohlschwarze Nacht-Geist den Zwingel erleuchtete / mußte der enfferig Catholische Schreiber par force guschen. Vide fusius hac dere *Conr. Schlüsselburgii Præconis Lutherani Theologiam Calvinisticam* Lib. 2. Artic. IX. pag. 129. Confer ejusdem *Præf.* in Lib. 1. *Theol. Calvinist.* pag. 5. 6. 7.

(k) *Nos sine fine sequi cupiunt &c. Omnes Laici cordati, qui pro tuenda veritate in arenam polemiam descendentes adversus profanas circum-*

)()()

cum

sum latrantium Hæreticorum Novitates, Mendacia & Calumnias ore & calamò feliciter militabant, Nos omnes, quotquot sumus, ad fanctissimæ Mariæ Ecclesiæ defensionem omnimodò invitant, alliciunt, incitant, quos inter non infimum tenet locum citatus Civis Halensis, addictissimus Ecclesiæ filius, & pro veritate orthodoxa ad extremum usque Pugil zelosissimus, cujus verba, quia proluxa nimis, brevitate studio omittenda censeo, studiosus Lector ejus consulat Epistolam, cum adjectis Quæstionibus & Annotatis notatu dignissimi A. 1535. editam pag. 6. Interea paucis plurimorum cæterorum Laicorum Nomina hac super re eloquutus Insignis Scriptor, Flor. Ramundus in sua Historia de Ortu, progressu & Interitu Hæresion Lib. IV. Cap. 2, num. 6. circa finem: Vos inquit, Catholica Religionis Alumni in Ecclesia defensionem ad extremum usque Spiritum incumbite, quidquid hac causa opera & Laboris collocaveritis, DEO gratum est. Utinam! ah Utinam Christiana isthæc Remundi Admonitio in omnium Orthodoxorum imprimis Ecclesiasticorum, cordibus fructuosa cum effectu resonaret! sed proh dolor, pudeat meminisse, nonnullos, qui tamen gregi sibi Deo concredito omni conatù indefessò de necessariis Animarum Alimentis prospicere, penamque esurientibus frangere tenentur, vecordes somnolentiâ jacere sepultos. Væ illis! II. LVI. v. 10. 11. Jerem. XLVIII. v. 10. Ezech. III. v. 17. Cap. XXXIII. v. 6, Cap. XXXIV. v.

& seqq. Talium Nominalium, non verò Realium
 Pastorum inexcusabilis desidia, ne plus dicam,
 Luthero † ejusdemque gregalibus sacrum sta-
 tum Ecclesiasticum, abs limitatione, Convitiò
 vitò vulgari, (ut nunc innumera acerbissimo-
 rum Maledictorum plaustra taceam) Defensores
 Papa, Devoratores ejus, proscindendi ausam præ-
 buit largissimam. Quibunque ergo pastorali
 muneri, oneri Angelicis reformitando hume-
 ris, præsumunt, aut in postorùm præesse cupiunt,
 imprimis virtute comite (*) Studio Theologi-
 co etiam atque etiam invigilare fatagant, ma-
 ximè ubi hæresis impunè ogganuit, ut errantea
 oviculas, degeneres sanctæ Matris Ecclesiæ fi-
 lios, qui prudentiores (plerumque etiam doctio-
 ret) filiis Lucis in Generatione sua sunt. Luc.
 16. v. 8. convinciendo instruere, ab errore re-
 ducere & in Doctrina Salutis pascere valeant;
 pauca hæc intelligenti sufficere arbitror, nec
 spero futurum ullum sincere meæ sententiæ in
 sinistram partem Interpretem, siquis tamen
 extiterit,


De SE putet OMNIA dici.

Fiant ergo (ut meam adversus obstreperas
 Zoilorum Linguas Apologiam verbò absol-
 vam)

)()(2

† Lutherus in Annot. ad. XVII. Cap. Apoc. Aurifaber
 in Luth. Colloq. Mensal fol m. 240. a. Joachim Westphalus
 in Theatro Diabolorum. fol. 367. a. Andr. Langius lib. cit.
 fol. 539. a. 540. a.

* Vid. B. Th. de Kempis Libellum aurò pretiosorem de
 Imitatione J. C. Lib. 1. Cap. 1. §. 3. Conf. Eminentiss. Cardi-
 nalis Bona Principia vitæ Christianæ §. XL. XLI. & seqq.



vam) fiant, inquam, omnibus Momis, Pseudo. Catholicis aliisque malevolis Saranæ Affe-
clis invitis, hæresi, Mundô & cunctis infero-
rum copiis ringentibus, ad Defensionem Ec-
clesiæ, Catholicorum verè talium solamen, &
deceptorum infidelium Judæorum, Mahume-
tanorum, Hæreticorum cæterorumque à via
Salutis aberrantium conversionem Volumina

1. Cor. X. 31. faciendi plures

Libros, nullus

FINIS.

Eccle. XII. 12.

Pro